

Band I., Nr. 235, Seite 283

König Heinrich IV. übergibt den Domherrn und der Kirche zu Speyer die Besitzungen Winterbach und Waiblingen im Remstalgau.

Ohne Ortsangabe, 1080. Oktober 14.

(Chr.) In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus, divina favente clementia rex. Cum omnium sanctorum veneramus merita, precipue illius perpetue virginis Marię debemus querere patrocina, per quam solam solus omnium dominus misertus est cunctis fidelibus. Ad huius misericordiam patres nostri habent refugium, sub cuius protectionem et nos confugimus ad Spirensis aeccliesiam, specialiter suo nomini in nomine filii eius attitulatam. Huic igitur aeccliesiae pro patris et avi nostri, Chvonradi, Heinrici imperatorum, et Gisileę imperatricis, ibidem quiescentium, et Agnetis matris nostrae, imperatricis augustae, nec non et pro nostra salute, consilio principum Sigewini, Coloniensis, Eigelberti, Treuirensis, Liemari, Hammaburgensis archiepiscoporum, Ruoperti, Babenbergensis, Ottonis, Ratisponensis, Huozmanni, Spirensis episcoporum, ceterorumque fidelium nostrorum, duo praedia in eodem pago Ramesdal sita, videlicet Uvinterbach et Uveibelingen, in comitatu Popponis, cum omnibus appenditiis, areis, aedificiis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, viis et inviis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus et redivibus, quaesitis et inquirendis, et cum omni utilitate quae vel scribi vel nominari poterit, praefatae Spirensis aeccliesiae in proprium tradendo firmavimus, firmando tradidimus; exceptis servientibus illuc pertinentibus, eorumque possessionibus. Dedimus autem ea conditione, ut Uvinterbach cum suis appenditiis serviat eiusdem aeccliesiae canonicis, Uveibelingen vero cum suis appenditiis serviat eiusdem Spirensis aeccliesiae commodis. Cuius traditionis testem cartam praesentem scribi iussimus, quam, ut infra videtur, manu propria corroboratam, et sigilli nostri impressione insignitam omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam praesentibus, notificandam reliquimus.

 Signum domni Heinrici quarti regis invictissimi. (*Monogramm.*) (*Siegel.*)

 Gebhardus episcopus et cancellarius recognovi.

 Anno dominicae incarnationis millesimo LXXX., indictione III., II. idus Octobris data. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XXVII., regni XXV., actum feliciter in Christi nomine. Amen.

II

Der Textabdruck folgt dem Original. Ebenfalls im GLA Karlsruhe befindet sich eine Abschrift im Codex minor Spirensis aus dem Ende des 13. Jahrhunderts, fol. 53, und eine andere im Codex maior Spirensis des 15. Jahrhunderts, Bd. 2, fol. 214.

 Der Rand des aufgedruckten Siegels ist oben und links bis über die Mitte abgesprungen. Von der Umschrift ist noch zu lesen *VS D-I GRA REX*. Der König sitzt auf dem Throne, hält in der rechten Hand das Zepter mit einem Vogel auf der Spitze, in der linken den Reichsapfel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

A 105

Editionen:

CARL GEORGE DÜMGÉ: Regesta Badensia. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 112, Nr. 61 (nach dem Original). FRANZ XAVER REMLING (HRSG.): Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe zu Speyer, 2 Bde., Mainz 1852-53. [ND Aalen 1970], Bd. 1, S. 56, Nr. 56. MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, BD. 6: Die Urkunden Heinrichs IV., bearb. von Dietrich von Gladiss und Alfred Gawlik, Berlin (Teil 1), Weimar (Teil 2) bzw. Hannover (Teil 3) 1941-78, S. 427 f., Nr. 325.

Regesten:

Stumpf-Brentano: Reichskanzler, Bd. 2, Nr. 2824.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bamberg, BA
 Hamburg, HH
 Köln, K
 Regensburg, R
 Remstalgau
 Speyer, SP
 Trier, TR
 Waiblingen Wohnplatz (1628)
 Waiblingen, WN
 Winterbach Wohnplatz (1693)
 Winterbach, WN